Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

cōfusus Et iterum Bonū mihi quod humiliasti me: ut dis-
cam mandata tua Septimus Capl'm xxiij

Septimus gradus humilitatis ē: si michil agat mo-
nachus·nisi quod cōmunis monasterij regula et
maiorū cohortant exempla Nonus· Capl'm xxiiij

Nonus humilitatis gradus ē: si lingua ad loquen-
dū prohibeat monachus: et taciturnitatē habens·
usq; ad interrogationē non loquatur·monstrante scriptura·
quia in multiloquio non effugietur peccatū: et quia vir lin-
gnosus non dirigetur super terram Decimus·Capl'm xxiiij

Decimus humilitatis gradus ē: si nō sit facilis aut
promptus in risu·quia scriptū est Stultus in risu
exaltat vocem suam Undecimus·Capl'm xxv

Undecimus humilitatis gradus ē: si ad loquendū mo-
nachus·lenter·et sine risu·humiliter ad gravitatem·
et paucis verbis et rationabilia loquatur: et nō sit clamo-
sus sicut scriptū ē·Sapiens verbis innotescat paucis

Duodecimus humilitatis Duodecimus·Capl'm xxvi
gradus ē: si nō solū corde monachus: sed etiam
corpore humilitatē videntibus se semp indicet: idest in
opere: in oratorio: in monasterio: in horto: in via: in agro:
ul' ubicūq; sedens·ul' ambulans·ul' stans inclinato sit
semper capite defixis in terram aspectibus: cum se ad hora
de peccatis suis existimans: iam se tremendo iudicio de
presentari timet: dicens semp illud·quod publicanus
ille evangelicus fixis in terram oculis dixit Domine nō sum
dignus ego peccator: oculos meos levare ad celū Et iter-
num ad ipsum Incurvatus sum et humiliatus sum usq;

sibi in corde

quasq;